Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Bibliorum summae - Cod. Aug. pap. 27

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Quartus liber regum

urn:nbn:de:bsz:31-72803

Visual Library

et destruxit altare baal Et edificavit aram de duodecim lapidibus et mittens aquam super
fundere holocaustum et ligna ter aqua oravit dominum Et descendens ignis
de sublimi voravit holocaustum et ligna et lapides Et dixit omnis populus dominus ipse
est deus Et mandante helya occiderunt omnes prophetas baal Et ait ad regem achab
descende cito ne te occupet pluvia Et rursum oravit et celum dedit pluviam Capitulum 19
Cum autem audivisset Jesabel uxor achab interfectos esse prophetas baal
per nuncium dixit helye Hec faciant dii tua pena ut una unius illorum Et
timens helyas fugit in bersabee Dimisit ibi puerum suum et solus
intravit desertum viam unius diei Et sedit iuxta iuniperum et petivit anime
sue ut moreretur et proiciens se obdormivit Et ecce angelus domini tetigit
eum dicens Surge et comede Et ecce ad caput eius erat subcinericius
panis et vas aque et comedit et bibit et rursum obdormivit et
suscitavit eum angelus secundo dicens Surge comede grandis enim tibi restat
via Et comedit helyas et ambulavit in fortitudine cibi illius xl diebus et
xl noctibus usque ad montem dei oreb Et latitabat ibi in spelunca Et ait dominus
ad eum Quid hic agis helya Et respondit quod zelo zelatus erat ad usque animam
meam Et ait dominus Revertere per desertum et vade in damascum et unges
azahel regem super syriam Jehu vero regem super israhel Et heliseum prophetam
pro te constitues Et factum est

Incipit Quartus liber Regum Capitulum primum

Post vero mortuus est achab et regnavit ochozias
filius eius in samaria Et ambulavit in via patris et
matris sue Ceciditque per cancellum cenaculi et egrotavit
et misit nuncios qui consulerent beelzebub deum acha-
ron de infirmitate sua Et misit dominus in occursum helyam
nunciis Qui diceret Numquid non est deus in israhel ut eatis ad
deum acharon consulendum non consurget ochozias sed morietur
Cumque redissent nuncii ad regem et hec prohibuissent quesivit de habitu
viri qui apparuit eis Qui dixerunt Vir pilosus est et zona pellicea
accinctus Qui ait helyas est Et misit rex quinquagenarium cum suis
quinquaginta viris ut vocaret helyam ubi invenerunt Et ait
quinquagenarius ad helya sedente in vertice montis Si homo dei sum de-
scendat ignis de celo et devoret te et tuos Et sic factum est Et misit
secundo rex quinquagenarium qui similiter locutus est et similia passus est Tertium
quinquagenarium qui reddit fuisse abdyas qui enutrivit pro-
phetas quinquagenarium qui Obsecro ut miserearis anime mee et servorum me-
orum Cum helya ait Descende cum eo ne timeas Qui descendit
cum eo Et dixit angelus helye Descende cum eo Qui descendit
Et dixit ad regem Quia misisti ad beelzebub quasi non esset deus in israhel mo-
rieris Et mortuus est ochozias Et regnavit frater eius Joram pro eo filium
non habens Et ... ochozias ... helyas iuxta verbum domini ut eliseum eligeret in prophetam
... quod cum ... helyas ... duodecim ... unus heliseus erat Et posuit he-
lyas pallium suum super illum et statim prophetavit heliseus et secutus est
helyam et ministrabat ei

Capitulum secundum

Cum autem dominus vellet tollere helyam per turbinem in celum venit
helyas et heliseus in galgala Et ait ad heliseum mane
hic quia misit me dominus in bethel Qui respondit Vivit dominus
non dimittam te Sciebat enim eum in spiritu tollendum Et occurrerunt eis filii
prophetarum quinquaginta Qui erant in bethel Et dixerunt ad heliseum
Scito nosti quia dominus tuus hodie tolletur a te Qui respondit novi
Et ait helyas mane hic et noluit Cumque venissent Jericho dixerunt

dixerunt Helyseo filij prophetarum qui erant ibi Et voluit Helyas ut maneret
Helyseus sed noluit Cumque venirent ad iordanem et quinquaginta de filijs prophetarum
a longe specularentur involuit Helyas pallium suum et percussit aquas que divise
erant et transierunt per siccum Cumque transissent dixit Helyas ad eum postula quod
vis et faciam antequam tollar a te Cui ait Obsecro ut fiat spiritus tuus duplex
in me Cui ait difficilem rem postulasti tamen si videris quando tollar erit quod
petisti alioquin non erit Cumque pergerent Ecce currus igneus et equi ignei
diviserunt utrumque Et ascendit Helyas et ferebatur per turbinem Helyseus vi-
debat Et clamabat Pater mi currus israel et auriga eius et sustentator
populi et rector Et cecidit ei Helyas pallium suum Tunc ille scidit vesti-
menta sua et abiecit ut deinde uteretur veste Helye Et rediens ad
iordanem percussit aquam pallio Helye et non sunt divise aque Et ait Ubi
est deus Helye et nunc Percussitque iterum et divise sunt aque et transiuit et
requievit spiritus Helye super Helyseum duplex Ita Helyseus vivens mortuum
suscitavit Et cum esset mortuus suscitavit mortuum Et cum viderent filij
prophetarum occurrentes adoraverunt eum et miserunt quinquaginta viros ad que-
rendum Helyam si forte proiecisset eum dominus in aliquem montem vel vallem et cum
non invento redierant Tunc dixerunt viri Iericho ad Helyseum Terra hec
optima est sed aqua fontis pessima terra sunt sterile Cui assumens
novum vas terreum misit in illud sal Et egressus ad fontem misit sal in illud
Et cum orasset ait Hec dicit dominus Sanabo aquas has et non erit in eis
ultra mors neque sterilitas et sanate sunt aque usque in diem hanc Cumque
ascenderet in bethel illudebant ei alij pueri dicentes Ascende calve
Et maledixit eis et invocato nomine domini egressi sunt duo ursi et de saltu
et devoraverunt et rediit in samariam et habitabat ibi Cap. quartum

Factum est autem Et quedam mulier clamabat ad Helyseum dicens Vir
meus mortuus est et pressus erat ere alieno pro alimonia
prophetarum Et ecce vir creditor venit ut tollat filios duos meos
ad serviendum ei Et ait Helyseus Quid habes in domo tua Que ait
non habeo nisi parum olei quo ungar Cui ait Pete mutuo vasa vacua
non modica et clauso hostio cum filijs tuis mitte inde in omnia vasa tua
Cumque infunderet mulier crescebat oleum et impletis vasis stetit in esse
cessavit Et ait Helyseus Vende et redde creditori tuo Tu autem et
filij tui vivite de reliquo Factum est ut transiret Helyseus per Sunam Et
erat ibi mulier que intelligens virum dei esse tenuit eum ut comederet
panem Cumque frequenter diverteret ad eam Helyseus suasit mulier viro
suo ut faceret ei cenaculum parvum et poneret in eo lectulum et mensam
et sellam et candelabrum et rediens Helyseus recessit ibi Et ait ad Yesse
puerum suum Voca sunamitem hanc Et dixit ei Quid vis ut faciam Num-
quid tibi loquar pro te regi vel principi milicie Que ait In medio
populi et propinquorum meorum habito et nullus inquietat me Cumque quereret
Helyseus Quid vellet Dixit Yesse Filium non habet et vir eius senex
est Tunc ait ad eam Helyseus in tempore isto et in hac eadem hora habebis
in utero filium Que ait Noli vir dei mentiri ancille tue Concepit
mulier et peperit Et cum crevisset puer egressus ad patrem ad messores et cla-
mavit caput meum doleo Remisitque eum pater ad matrem et mortuus est
Et posuit eum super lectum Helysei et clausit hostium Tolleque unum de pueris
vicem sedens in asino venit ad virum dei in monte carmeli Cui cum vi-
disset eam dixit ad Yesse Ecce sunamitis illa occurre et dic ei Recte ne
agitur circa te et filium tuum Que ait Recte Et nota quod Helyseus hospi-
tam suam vocabat sunamitem Non cum tanta familiaritate habuit eam ca-
ut ipsum non sciret Et apprehendit mulier pedes Helysei Et ait ad Yesse
volenti eam amovere Dimitte illam quia in amaritudine est et dominus celavit

ame Et ait mulier Numquid petivi filium a te. numquid non dixi tibi ne illudas me Illu-
sione vocat dare filium a domino et cito auferri Et ait ille ad Giezi Tolle ba-
culum meum et vade et pone super faciem pueri Quod factum est et non recepit
puer Et illa dixit Helyseo Vivit dominus et non dimittam te et secutus est eam
Et ingressus incubuit super puerum et contractus se coaptavit membra
sua membris eius Et cum incaluisset caro pueri et oscitavit puer
Et aperuit oculos et reddidit eum matri sue Et reversus est in Galgala
ubi et natus erat Helyseus Et in circuitu eius una cum vitulis [illegible] autem dedit
mugitum quo notum factum est quod propheta natus est in Israel qui sculptilia deorum destrueret

## Capitulum quintum

Porro fames erat in terra et filii prophetarum
convenerant ad Helyseum Et egressus unus de pueris suis ut colligeret her-
bas agrestes invenit quasi vitem Et collegit ex ea colloquintidas id est her-
ba quasi vitis se diffundens in sepibus nesciens quid esset et inde parat
pulmentum filiis prophetarum Cumque gustassent de coctione exclamaverunt
Mors in olla vir dei et allatam farinam misit in ollam et dulcorata
est esca Et apposuit duos panes quasi centum viris dicens Hec dicit
dominus Comedent et supererit Et ita factum est

## Capitulum sextum

Naaman erat princeps milicie regis Syrie vir dives sed leprosus
Hic secundum quod legitur venit et stetit ad hostium Helysei Qui misit
ad eum dicens Lavare septies in Iordane et mundaberis Cumque
abiret indignans tandem commonitus a servis descendit et lavit in Iordane septi-
es et mundatus est Et rediens ait Helyseo Scio quod non sit deus in universa
terra nisi deus Israel Et obtulit ei munera Que renuit propheta Currebat
autem Giezi post Naaman dicens Venerunt ad me adolescentes duo ex
filiis prophetarum Da illis talentum auri et vestes duplices quod petit Giezi
Et ille dedit ei quod petivit Et abscondit ea Giezi Cumque repre-
sentaret coram Helyseo ait Unde venis Giezi Qui ait Non ivit servus tuus
quoquam Et ille Nonne cor meum tecum erat Accepisti argentum ut emas pos-
sessiones Et lepra Naaman adherebit tibi et semini tuo in sempiter-
num Et egressus est ab eo leprosus Hoc legitur ad litteram Giezi habuisse filios
leprosos et posteros Certum est autem de Giezi quod lepra symonie re-

## Capitulum septimum

Porro rex Syrie pugnat contra Israel et sepe ponebat servos in insidiis Quas Helyseus preme-
nuit et mali eis nichil accidit Cumque hoc comperit rex Syrie
misit ad eum exercitum in Dothaim ut captum ducerent eum Qui ve-
nientes nocte circumdederunt civitatem Mane puer Helysei videns exerci-
tum et territus qui clamavit Heu domine Quid faciemus Cui ille Noli ti-
mere plures sunt nobiscum et orante Helyseo aperuit dominus oculos pue-
ri et vidit montem plenum curribus igneis et agminibus angelorum Cumque hostes
intrarent ad eum percussit eos dominus tali cecitate ut non agnoscerent eum
Dixit quoque eis Non est hec via Helyseus Sequimini me et ostendam vobis
virum quem queritis Et duxit eos in Samariam et aperuit dominus oculos
eorum et viderunt se esse in medio Samarie et hostes circumstantes Et dixit
rex Israel ad Helyseum Percuciam eos pater mi Qui respondit regi qua-
si sed pone eis hospitalitatem Quos factum redierunt ad reges Syrie nec
ultra in diebus Helysei venerunt in Israel latrones Syrie Factum est post
hec Benadab rex Syrie obsidebat Samariam Et facta fames tanta
ita quod venderetur caput asini octoginta argenteis Et quarta pars cabi ster-
coris id est vespaula columbe [illegible] vendebatur grana de foris allata
emebant quinque argenteis Cumque rex Israel transiret ut consideraret
custodias mulier clamavit ad eum Salva me rex domine Qui
putabat quod aliquid peteret ab eo commotus videt Non salvet te dominus Unde te
possum salvare de area aut de torculari Et tunc videt [illegible] domine [illegible]

et mulier hec dixit mihi: da filium tuum ut comedamus eum hodie, et filium meum comedemus cras. Coximus ergo filium meum et comedimus. Dixique ei die altera: da filium tuum ut comedamus eum. Que abscondit filium suum. Quod cum audisset rex, scidit vestimenta sua. Et ait: Hec faciat michi Deus et hec addat, si steterit caput Helisei filii Saphat super ipsum hodie.

et mulier hec dixit: coquamus de filiis meis comedendum, et comedimus filium
meum. Et dixit: filium tuum absconde. Et contristatus est rex et scidit ve-
stimenta sua. Et ait: Vivit dominus, hodie caput Helisei abscidetur, quia non posset
nos liberare. Cumque misisset speculatorem, penitencia ductus sequebatur
eum ut prohiberet eum. Heliseus autem sedebat in domo sua cum discipulis
suis, quibus ait: Nescitis quod filius homicide misit ut precidatur caput meum?
Prohibete intrare nuncium donec veniat rex, qui prohibebit quod iusserat. Cap. viij

Cumque supervenisset rex irascens ei, ait Heliseus: Cras hac hora
erit in porta Samarie modius simile statere uno et duo modii
ordei siclo. Et misit cum unus eorum qui erat cum rege dicens: hoc
esse impossibile. Cui Heliseus: Videbis et non gustabis. Porro quatuor
leprosi erant foris fame desiccati. Qui vespere venerunt ad castra
Syrie et neminem invenerunt. Terruerat enim Syrios dominus sonitu
magni exercitus mittens super eos, et fugerunt quia tentoria cum suis sal-
vare cupiebant. Et leprosi tulerunt de preda iuxta cor suum nuncia-
verunt quod portarii urbis Syrios abisse. Putabat autem rex Syri-
os simulasse fugam et latere. Misit duos in equis ut explorarent,
qui reversi nunciaverunt Syrios fugisse. Et
omnia usque ad Iordanem. Qui tulit castra et vendebat simila et ordeum secundum ver-
bum Helisei. Ipse autem qui miserat eum, positus erat in porta et oppressus
Helisei. Dux autem qui miserat cum, positus erat in porta et oppressus
a turba mortuus est. Erat autem in diebus Helisei Ioiada summus sacer-
dos. Viginti quatuor erant summi sacerdotes ministrantes in templo. Quo-
rum unusquisque in ebdomada vicem suam habebat secundum ministerium. xxiiij de-
minorum sacerdotum et totidem cantores et totidem ianitores. Ioiada autem
sacerdos mortuus est cum esset centum et xxx annorum. Et Zacharias fi-
lius eius lapidatus est a Ioab rege inter templum et altare lapidati-
fuit pro rege vivi qui post patrem dictus Zacharias. Capitulum 13

Heliseus autem egrotabat et descendit ad eum Ioas rex Israel, et
flens dicebat ei: Pater mi, currus Israel et auriga eius. Et
ait Heliseus: Affer arcum et sagittas. Quod factum est, et super po-
suit Heliseus manus suas manibus regis. Et ait: Aperi fenestram
orientalem. Et eiecit sagittam. Et ait Heliseus: Sagitta domini
est contra Syriam et percuties eam. Et addidit: Percute terram iaculo. Cum-
que percussisset ea tribus vicibus et stetisset, iratus est Heliseus: Si percus-
sisses quinquies aut sexies aut septies, percussisses Syriam. Nunc autem tribus vicibus
percuties. Et mortuus est Heliseus et sepultus. Quidam autem latrun-
culi proiecerunt mortuum hominem in sepulcrum Helisei, qui cum tetigisset ossa eius
revixit. Cap. decimumquintum. Tercium

In diebus Phacee regis Israel venit Teglatphalasar rex Assur
et ascendit in Israel et vastavit omnem regionem trans Iordanem et
captivos duxit tribus duas et dimidiam, vastavit Galileam de
tribu Zabulon et Neptalim, interim secum duxit in Assyrios, qui possedit
dimidie tribui comparandi. Et ita hec tribus captivavit. Et hoc fuit
initium captivitatis decem tribuum. Et hic credit captivatus fuisse Tho-
bias qui mansit in Ninive civitate. Cuius historia assumenda est post
hoc sub Manasse filio Ezechie. Capitulum decimumseptimum

Porro Osee filius Hela interfecit Phacee regem Israel. Anno autem
duodecimo Achaz regis Iuda regnavit Osee super Israel ix annis,
fecit quod malum coram domino sicut et precessores sui. Contra hunc ascen-
dit Salmanasar rex Assyriorum et factus est Osee tributarius. Cumque
intellexisset Salmanasar quod Osee rebellare vellet propria regi Egypti
cui munera dederat, obsedit eum et victum misit in carcerem Ninive. Et
obsedit Samariam tribus annis et cepit eam et septem tribus que remanserant

ferat ad perses reges in assyrios transtulit et posuit eos iuxta flu-
uium gozam ultra montes medorum et persarum quibus fere licentia egrediendi
interdixit. Itaque procedente tempore cum venisset rex alexander ad eos-
dem metas filii captivitatis miserunt ad eum decem tribuum postulaverunt ab eo
licentiam egrediendi. Cumque quesisset rex causam captivitatis intellexit eos
apte recessisse a deo suo vitulis aureis immolando et a prophetis de dictum
eos a captivitate non redituros tunc iussit eos rex arcius recludi. Cumque con-
iuncta viam obstrueret mollibus bituminatis videns humanum laborem non posse
sufficere oravit deum israhel ut opus illud expleret. Et accesserunt ad se inuicem
prerupta montium et facti sunt loci immeabiles ex quo apparet non esse voluntate
dei ut exeant. Egredientes vero circa finem mundi magnam stragem hominum facient.
Porro ezechias regnavit in ierusalem xxix annis. Capitulum decimoctavum

Et destruxit statuas et lucos succidit in templo domini et confregit
serpentem eneum et tenuit eum in perducere quam filii israhel in magna
veneratione habuerant usque ad diem illam. Temporibus autem suis prophetavit ysayas. Ca. xx

Porro cum multa fecerat dominus pro rege ezechiam egrotavit usque ad
mortem. Et venit ad eum ysayas. Et ait Hec dicit dominus. Dispone do-
mui tue quia morieris tu et non vives. Contristatus ezechias
eo quod non haberet filium in quo impleret promissio facta david de semine. Et
conversus ad parietem porticus templi iuxta quem iacebat flevit ama-
re. Et quia in templum ascendere non poterat saltem ad faciem eius orabat
dicens. Obsecro domine memento quomodo ambulaverim coram te in veritate. Et prius-
quam ysayas egrederetur de media parte atrii dixit ad eum dominus. Va-
de dic ezechie Hec dicit dominus audivi orationem tuam et vidi lacrimas tuas diebus
tuis addam xv annos et de manu assyriorum liberabo te et urbem hanc propter
david servum meum. Et ita factum est. Et dixit rex ad ysayam. Quod erit
signum quod dominus sanabit me. Dedit ergo regi optionem signi utrum vellet
quod sol staret per spacium decem horarum immobilis vel rediret ad orientem et
iterum decurreret diem. Et elegit rex ut rediret ad orientem et rex
convaluit et tercia die ascendit in templum. Et ait Ego dixi domine i. deum
cogitare penes me cogitabam. In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi
i. non deum suscepta sobole quam optabam descendam ad inferos. Et rursus
cogitare quesivi a te orando residuum annorum meorum ut saltem me velles
precem fieri quam ... Et dedit deus ei filium quem vocavit manassem.
Eadem die merodach rex babilonis literas et munera misit ad eze-
chiam petens ut ei esset socius et amicus propterea caldei honorabant eum mu-
neribus. Et letatus est ezechias in adventu eorum non fuit in omni potestate
sua quam non ostenderet eis. Vasa et cellam aromatum in templo domini ostendit eis
in qua videre gentiles nephas erat. Domus autem hec erat longissima
quam fecerat rex salomon contra orientem syon. Et fecerat occultos aditus
a civitate ad eam qui inveniri ab omni populo non poterat. Ibi quoque rex au-
rum et aromatum in ea erat sepultura regum pontificum prophetarum
hoc secretum david et salomonis. Ezechias gentibus denudavit et ab ipso
die sterilis factus est. Porro cum abissent gentiles venit ysayas ad re-
gem. Et ait Hec dicit dominus. Ecce venient dies et auferentur in babilonem
omnia que sunt in domo tua et que absconderunt patres tui. Sed et de filiis tuis
erunt eunuchi in pallacio regis babilonis quod impletum est in daniele et consortes eius
et socii eius. Et ait ezechias. Bonus sermo domini fiat tamen pax et
veritas in diebus meis. Capitulum tricesimum primum

Et mortuus est ezechias et sepellierunt eum cives iuda in sepulchro
eminenciori pre ceteris filiis david eo quod coluit deum. Et regna-
vit manasses filius eius pro eo quinquaginta quinque annis in ierusalem. Hic fecit malum

coram dno Et erexit aras baal Et aras fecit iuda in xiiii gentium Cumque acque-
vet eum pphete sanguine purpurauit plateas ierlm aliasque in noctes accidit
ita ut impleretur ierlm sanguine iustorum usque ad os. Ysayas quoque affine suum
cretum asserit ierlm terra pristina sylue serra lignea fecit in medium secari qui
dum in pphecijs sectionis angustiaretur petiuit sibi aquam dari ut biberet et
cum nollet ei dare dnus de sublimi misit aquam in os eius et expirauit
Ideo dictum est vos aque illius syloe que interpretatur missus Et sepultus est sub
quercu rogel Manassen autem penitentia ductum deleuit ydola et restituit
cultum dni in ierlm et mortuus est Et regnauit amon filius eius pro eo Ca. 23
Post hunc Osyas filius eius regnauit sub quo exorsus est prophetare Jeremias
xl annis et uno. usque ad euersionem urbis ierlm Et cum puer esset
dixit ei dnus prophetam in gentibus dedi te Et dixit a a a dne deus
nescio loqui quia puer sum ego Et dnus misit manum suam et tetigit os
eius Et ait Ecce dedi verba mea in ore tuo Et tunc licet esset adolescens
cepit predicare et prophetare Josyas autem occisus est a sagittarijs regis pharaonis
et sepultus est in sepulchro patrum suorum Et planxit eum uni-
uersus iuda et maxime Jeremias qui super exequias suas scripsit
trenos lamentabiles Quomodo sedet sola ciuitas plena populo et quibus vtebantur
cantatores et cantrices tempore suo quibus postea superaddit Jeremias alias
lamentationes de excidio ciuitatis ierlm Post eum regnauit Joachim pro
Josya fecit eiusque xi annis Et fecit malum coram dno Anno quarto regni Jo-
achim cepit regnare Nabochodonosore in babilonia qui victo rege
egypti tulit omnia que eius erant Et tributarias regiones cepit preter
iudeam locutus est autem Jeremias ad omnem populum iuda et ad ciues ierlm di-
cens hodie est vicesimus tercius annus quo locutus sum vobis verba dni et non au-
distis me propterea hec dicit dnus Adducam seruum meum nabochodo-
nosor super terram hanc et super omnes naciones que in circuitu eius sunt
et seruient regi babilonis lxx annis in vrbe hac dabo in maledictum
Et mirabantur omnes quod tam audacter loqueretur Et apprehenderunt
eum dicentes morte moriatur Et accusabant eum sacerdotes et prophete
Qui respondit misit me dnus ut prophetarem ad istum locum Ecce in ma-
nibus vestris sum facite quod rectum est in oculis vestris Et liberauit eum
principes de manibus populi Et transierunt eum ne publice predicaret Dixit
dnus ad ieremiam Tolle volumen et scribe omnia verba que locutus sum tibi ad-
uersus iuda Et vocauit Jeremias baruch qui scripsit ex ore eius omnes
sermones dni Et ingressus dnus baruch iubente ieremia legit co-
ram omni populo sermones ieremie Et obstupuit populus Et duxerunt eum
ad regem ubi sedebat ad prunas Cumque legisset verba dni combussit ea
rex igne Et misit ut comprehenderetur baruch et ieremias dnus
autem abscondit eos Capitulum vicesimum quartum

Factum est autem ut nabochodonosor ascendit in iudeam et depopu-
labatur eam Et ascendit in ierlm Et cepit Joachim et ligauit eum
et duxit in babilonem In via vero imposuit ei tributum et
remisit eum in ierlm Obsides vero duxit secum pueros nobiles
de semine regio scilicet danielem et tres pueros duxit cum eo Et ser-
uiuit Joachim tribus annis sub tributo Post hoc autem Joachim negauit ei
tributum et inducit nabochodonosor ierlm sibi inire federis Et non seruauit
fidem scilicet et pueros fortissimos occidit una cum rege Joachim Timuit quod
ieremias Et mors esset neque patemi et cum egypcijs pugnaret contra
eum et non reddit et obsedit ierlm Sed ad verba Jeremie egressus est Joachim
ad eum cum matre et cum omni domo sua et principibus eius et suscepit eos
nabochodonosor et tulit vniuersa vasa aurea de domo dni et thesauros domus

regis et transtulit in babilonem cum rege et matre eius. De domo autem regia
et de principibus et de viris robustis quasi decem milia transtulit cum eis inter
quos erat mardocheus et ezechiel iuvenis de stirpe sacerdotum. Isti quia sponte
se tradiderunt ipsi dicti sunt transmigratio. Alii vero qui postea per violentiam
tracti sunt ipsi dicuntur captivitas. Inde et constituit nabuchodonosor regem in
ierusalem fratrem Joachim mathaniam. Cui mutavit nomen. Et vocavit sedechiam ut
serviret ei sub tributo. Capitulum vicesimum septimum

Postea cum novem annis regnasset sedechias nabuchodonosor obsedit ierusalem
quia negaverat ei tributum. Et misit sedechias ad ieremiam phassure
et sophoniam sacerdotes dicens. Interroga pro nobis dominum. Si forte
faciet nobiscum misericordiam. Et respondit ieremias. Dabo sedechiam
regem iuda et populum eius in manu nabuchodonosor et ducet eos in babilonem.
Cumque ieremias transivisset ad terram suam et exiret civitatem apprehendit
eum ierias custos porte civitatis et duxit eum ad principes qui cesum
miserunt eum in carcerem. Et sedit ibi ieremias diebus multis. Postea
nabuchodonosor recedit ierusalem et construxit in circuitu eius municiones et
clausa est civitas decem et octo mensibus. Interventu statim sedechias tulit iere-
miam de carcere et interrogat eum de domo sua secreto dicens. Putasne
est sermo a domino quod redeat rex babilonis. Qui ait. In manus eius tradi-
deris. Sed obsecro domine rex mi ne remittas me in carcerem ionathe
scribe ne ibi moriar. Et precepit rex ut poneret in vestibulum car-
ceris et iussit ei tortam panis cottidie dari et pulmentum donec con-
sumerentur omnes panes qui erant in civitate. Clamabat ieremias de
vestibulo carceris. Qui remanserit in civitate fame aut gladio peribit.
Qui vero fugerint ad hostes mortem vitabit. Et dixerunt principes
ad regem. Rogamus te ut moriatur homo iste. Ita dissolvit manus bellantium
et plane mentitur. Tulerunt ergo ieremiam et dimiserunt eum in lacum helchie
in qua non erat aqua sed lutum usque ad guttur quod erat ei amarius
ei morte. Postea rex admonitus eduxit eum et interrogavit eum. Quid
est futurum. Qui respondit. Si consilium tibi dedero non me audies. Si an-
nunciavero tibi interficies me. Et iuravit rex. Vivit dominus quia non interfi-
ciam te. Et ait ieremias. Si perrexeris ad principes babilonis salvus eris
tu et domus tua. Et civitas hec non succendetur. Sin autem civitas succendetur
et non effugies manus eorum. Postea defecerunt victualia in civitate
ita ut matres comederent parvulos suos ad mensuram palme. Et capta
est civitas circa mediam noctem. Fugit autem sedechias cum suis nocte per viam
deserti et persecuti sunt eos principes babilonis diluculo et comprehenderunt
eos et adduxerunt ad regem babilonis. Qui dixerunt ad eum. Magnus
deus ostendit nequitiam tuam hodie ut te traderet mihi. Et occidit filios
eius coram eo et natos de tribu qui ei ministrabant. Oculos autem eius
effodit et cathenis vinctum duxerunt eum in babilonem. Igitur incenderunt
domum domini et domum regis et omnes domus ierusalem et murum in circuitu
eius rex nabuzardan. Et tulit omnia vasa domini et columnas duas et
mare eneum et ligavit populum ut vinctum duceret in babilonem. Et isti
ipsi dicuntur captivitas. Inde tulit ieremiam de vestibulo carceris
de quo mandatum receperat ut quicquid vellet sibi faceret. Nabuzardan vero
abiit in babilonem ducens secum captivitatem et preposuit terre godoliam
ut preesset pauperibus qui relicti erant. Et dimisit cum eo ieremiam.
Postea nabuchodonosor pro victoria immolavit diis suis et solemnisa-
vit cum omni populo xxx diebus. Cumque recumberet letus precepit rex ut addu-
ceret sedechiam de carcere in medium et alios de cantoribus templi cum
eo qui psallerent coram convivantibus cum musicis instrumentis. Bibebat
autem in vasis domus domini. Et datus est sedechie pro lapatura. Et

cera sibi ignominiose laxatis et deceptum deduxerunt in carcere qui
nimio affectus dolore post paucos dies mortuus est. Et audiens rex cau-
sam mortis eius regio honore sepelivit eum in sacro. Cum autem prefecisset rex
babilonis godoliam reliquiis terre venerunt ad eum omnes qui evase-
rant manus hostium. Inter quos erat quidam de principibus terre Johanna et Ie-
zonias quibus dixit godolias nolite timere habitate in terra et servi-
te regi babilonis et bene erit vobis. Homines de gente regia erat
quidam vir malignus ysmahel qui in terra obsidione relicta evase-
rat et morabatur iuxta regem amonitarum. Et ait Johanna ad godoliam
Credo quod ysmahel occidet te invidens tibi dominium terre ut rex amo-
nitarum occupet terram desolatam. Ibo ergo et percuciam eum nullo sciente. Qui
respondit non facies hoc ut occidas virum innocentem. Post hoc venit ysma-
hel et decem viri cum eo ad godoliam in masphat et splendide suscepit
eos. Cumque post prandium versus esset in soporem godolias percussit eos
simul ysmahel et ceteros ex iudeis. Altera vero die cum muneri-
bus octoginta viri ad godoliam quos occidit ysmahel preter decem
qui dixerunt. Parce nobis quia thesauros habemus in agro frumenti or-
dei olei et mellis et dabimus eos tibi. Et dimisit eos captivos. Quod
cum audisset Johanna assumpsit secum viros et secutus est eos et fugit ysmahel
et reduxit Johanna captivos cum preda. Et venerunt omnes reges
reliquie iuda ad ieremiam. Disponebant enim fugere in egiptum timentes
occidi a caldeis pro morte godolie. Et dixerunt ad prophetam. Ora pro nobis
deum ut ostendat nobis quid faciamus. Et ait hec dicit dominus. Si manse-
ritis in terra hac plantabo vos et non evellam. Si descenderitis in
egiptum peribitis gladio fame et peste. Et non audierunt eum sed dixerunt
mentiris. Et descenderunt cum mulieribus et parvulis et cum eis Johanna
sua in egiptum. Duxerunt quoque secum ieremiam et baruch et desolata est
terra. Et dixit dominus ad ieremiam. Vade et dic ad reliquias iuda
hec dicit dominus. Ego iuravi in nomine meo magno quia omnes viri
iuda qui sunt in terra egipti gladio et fame peribunt donec penitus
consumantur. Et cum hec prophetaret ieremias lapidabant eum filii iuda.
Egipcii vero honoraverunt prophetam et sepelierunt eum iuxta tumu-
lum regum memores beneficii quod fecerat. Depulsis enim oratione sua fu-
gaverat aspides et cocodrillos quibus egiptus infestabatur. Post hoc
allexander macedo veniens ad sepulcrum prophete transtulit ipsum
in allexandriam et sepelivit gloriose. Hic est ieremias qui regibus
egipti signum dedit quod eorum ydola subverti deberent cum virgo pareret.
Hic ante templi eversionem prosternens archam testamenti cum hiis que in eo
erant et precepit eam absorberi fecit in petram. Petra autem digito
designavit nomen dei impressit et factum est sepulcrum usque ad consummationem seculi que
ibi erat cavata et ipsum nomen domini nubium operimento ita celatum est ut pos-
tea locum nemo cognoscere potuit neque ipsum nomen legere usque in hunc diem et
usque in finem. Illic sepe nubes ut ignis fit nocturno tempore. Eo quod gloria domini
ibi ab eius lege non desinat. Est autem petra illa in heremi terra inter
duos montes ubi iacet moyses et aaron. Dixit quoque ieremias princi-
pibus. Dominus de syon recessit ad celos inde venturus rursus. Et erit signum
adventus eius quando universe gentes adoraverunt lignum. Dixit quoque quod archam
nemo poterit extrahere preter aaron et tabulas que in ea sunt nemo aperiat
sacerdotum aut prophetarum nisi electus dei moyses. Et in prima resurrectione
resurget hec archa et exibit de petra et ponetur in monte syna
et omnes sancti congregabuntur ad eam expectantes dominum sustinentes et adversum

rum qui eos questurus e interimere fugientes post h<sup></sup>ec naborgorde
scendens in egiptu eaque subuertit et rege dimisit · Filiu eius restitu
ens iudeos iteru duxit captiuos in babilone · Quant captiuitate
sedecie predixerat ezechiel in chaldea. Historia de ezechiel

## Hystoria Ezechielis

Ezechiel fuit filius buzi de genere sacerdotum · Hic in ba
bilone ductus cu rege ioachim et matre eius cu daniele
et tribus pueris · Hic habitabat iuxta fluuiu chobar ·
Hic prophetauit captiuis in babilone euersione urbis ierusalem
et templi incendiu et omnia que in eis acciderunt ut aut
autoritate eius pareret · Deus ostendit ei quasdam visiones similitudine
scilicet hominis · leonis · vituli et aquile que solu ad prefiguradum euange
listas · Sed ut ostenderet deum ysrael dominum esse totius creature · Hec di
gniora animalia omnes intellectus creatura homo est post celerum anim
alibus · Aquila rex auium leo ferarum · Bos iumentorum · Sub quibus vero
vidit rota in medio rote ut ostenderet reuolutionem omnium elementorum
in dei esse voluntate · Et sup hec vidit firmamentum colore zapharini
Et sup firmamentum erat similitudo throni · Et sup thronu similitudo
aspectus hominis · Et ait dominus ad eum fili hominis mitto te ad filios ysrael que
domus exasperans est · si forte audiat et quiescat et sciat quia propheta
fuerit in medio eorum · Et ecce manus missa ad eum in qua erat liber scrip
tus intus et foris et scripta erant in eo lamentationes · Et ait dominus ad eum co
mede volumen istud quod dedi tibi · et mea in ore tuo et factu est aut spiritus domini
leuauit prophetam inter celum et terram et duxit eum in ierusalem et vidit a
quilone in introitu porte ydolum baal et ostensus vidit vniuersa ydola
domus ysrael depicta in circuitu per totum et septuaginta viri de senioribus stabant
et iechonias sacerdos cum eis et vnusquisque habebat thuribulum in manu sua
et vapor nebule consurgebat de thure · Et in ostio per hostium ad aquilone vi
dit mulieres plangentes thamuz i adonidem mortuum et laudatores re
diuiuum vidit eos · Et ecce ab aquilone venientes sex viri habentes vasa
interfectionis in manibus suis · Et ecce ab aquilone · Et locutus est
in tribus maribus per multa · Spiritus reduxit prophetam in caldea · Et locutus est
ad transmigratos que sibi ostenderat ei dominus · Et factu est in duodecimo anno
transmigrationis venit quidam ad ezechielem qui fugerat de ierusalem dicens
vastata est · In nocte ei precedenti propheta at de ruinis futuris · Et audiens
omnis transmigratio casum urbis et incendium templi · Dixerunt pe
riit spes nostra concisi sumus nos resurgemus · Et clama ezechiel · Hec
dicit dominus · Cum sanctificatus fuero in vobis congregabo vos de vniuersis
terris et effundam sup vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus
inquinamentis vestris · Et factus est spiritus domini sup ezechielem et duxit eum
in campo qui erat plenus ossibus suis · Et ait ad eum fili hominis putas
ne viuent ossa ista · Et dixit domine tu scis · Et dixit · Dic ad ossa
ista arida · Hec dicit dominus · Ecce dabo sup vos neruos succrescere et
super extendam cutem dabo vobis spiritum et viuetis · Et illico
facta carnes et sup extensa cutis et commotio · Et accesserunt ad ossa vnumquodque
collocata facta est sonus et commotio · Et accesserunt ad ossa vnumquodque
ad iuncturam suam · Et ecce sup ea nerui et carnes et cutis sed spiritum non
habebat · Et dixit ad prophetam dominus · Clama ad spiritum et dices · Hec di
cit dominus · A quatuor ventis veni spiritus et insuffla sup interfectores istos
et reuiuiscant · Et sic factum est · Et venientes steterunt sup pedes
suos exercitus grandis nimius valde · Et dixit dominus ossa hec vniuersa
domus ysrael est · Et reponit spiritus domini prophetam in medio transmigratorum et
locutus est ad eos que monstrauerat ei dominus de futura ducem sub recusatione